

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Georgius Radovius, I.U.D.  
Prof. Publ. & Amplissimae Facult. Iuridicae p. t. Decanus, Ad Exequias, quas  
Honaratissimae Matronae, Dorotheae Backmeisters/ Viri pl. Rever. ... Dn. M.  
Joachimi Schroderi, Pastoris quondam ad D. Georgii ... Hodie paratas cupiunt,  
Cives Academicos Omnia Ordinum Officiose & peramanter invitat**

Rostochi[i]: Keilenbergius, 1680

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn746582862>

Druck    Freier  Zugang



Radov, G.,  
in D. Backmeister,  
uxor. J. Schroder.

R. 1680.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rostdok/ppn746582862/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn746582862/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn746582862/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746582862/phys_0003)

DFG



152.

PROGRAMMA,  
QVO  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,  
**GEORGIVS RADO-**  
**VIUS, J. U. D. Prof. Publ. &**  
Amplissimæ Facult. Juridicæ  
P. t. DECANUS,  
Ad Exeqvias,  
quas  
Honoratissimæ MATRONÆ,  
**DOROTHEÆ Backmeisters**  
VIRI pl. Rever. atque Clarissimi,  
**DN. M. JOACHIMI SCHRODERI,**  
Pastoris qvondam ad D. Georgii per ipsos  
XL. annos optimè meriti, & tandem emeriti,  
VIDUÆ,  
**LIBERI ejusdem mœstissimi,**  
velut desideratissimæ MATRI suæ  
Hodie paratas cupiunt,  
**CIVES ACADEMICOS** Omnium Ordinum.  
Officiosè & peramanter invitati.

---

Rostochi, Typis Viduæ B. FRIDERICI KEILENBERGII,  
Acad. Typogr. Anno 1680.

PROGRAMMA  
OVO  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCENSIS  
GEOGRAPHIS RADII

Chrysostomus; Serm. de S. Droside  
Martyre.

**A**νταρδούμενος καὶ καθ' ἐκάστην ημέραν τὸ τῆς πελευτῆς περιβλέπτωμεν  
ἄδηλον, ὃ ταχέως ἀμαρτιῶμεν· ἔπειτα τὸ λαμπεῖ, τὸ βίσ φυ-  
σῆσαι, ὃ περὶ λυπηρὰ καθελεῖν ἡμᾶς, καὶ θερυβῆσαι μυηστα, ἄδηλον  
ἐκάπειρα τὸ πόλιον ἔχοντα. καὶ ταῦτα πολλάκις ὁ σύμμεσον ζῶν, ἀδὲ μέχρι<sup>της ἑσπερίας μένει.</sup> Si perpetuō, ac singulis diebus, quām  
incertus sit obitus præmeditemur, haud facile peccabimus;  
neque enim rebus hujus vitæ splendidis atque magnificis in-  
tumescere, neque molestis deprimi turbarive poterimus, cū  
incertus utrarumqve finis sit. Sæpius namqve, qvi hodie vi-  
vit, ne ad vespram qvidem superstes est!





Uàm misera qvorumlibet, & vel  
in speciem felicissimorum Mortali-  
um, sive sors, sive conditio existat, id  
verò Gentium, nedum Christiano-  
rum cordatores qviqve ultrò suap-  
teqve sponte confitentur. Ut enim  
brevitatis studiō ex innumeris non-  
nullos solūm, optimiq; commatis  
Ethnicoſ hīc audiamus, qvàm nervo-  
sè qvæſo Latinorum eloquentissimus

Tullius hac super re l. 5. ep. 16. ad fam. commentatur? *Homines,*  
*inquit, nos esse meminerimus, eā lege natos, ut omnibus fortunae*  
*celis proposita sit vita nostra, neg: esse recusandum, quo minus eā,*  
*quā nati sumus, lege vivamus.* Präclarè item *Herodotus* in O-  
ratione Solonis ad Crœsum hoc emphaticō concludit: *Totum,*  
*quod est homo, calamitas est!* Ita scil. hi, horumqve alii similes,  
ſolis ratione experientiaqve Magistris usi, locuti sunt; qvid  
ergò *Nos*, præviā Scripturarum lampade certiora docti, qviqve  
ex flebili illa Protoplasmotorum prævaricatione, veluti sacerri-  
mâ qvadam radice nil nisi tristes calamitatum sentes, pun-  
gentesqve omne genus spinas provenire posse, certi sumus,  
non faceremus? *Nos* siqvidem cum Orientali illo Hierophys-  
co *Iobo* inter lacrumas ſingultusqve (c. 7, 1.) idemtidem qvi-

ritamur: *Militia est vita hominis super terrā*, & sicut dies merce-  
narii, dies ejus! Imò Siracidae (ex versione Vatabli, c. 40, 1. seqq.)  
aureolum illud: *Molesta magna cuique homini destinata est*, &  
*grave jugum posteris Adam*, jam inde à die, quo utero ma-  
tris emerserunt, usq; ad eum, quo communī omnium mātre  
conduntur, quotidie cum gemitu dolorisq; significatione  
usurpamus. Ut ut autem p̄r̄ ceteris, uti vidimus, animanti-  
bus, *Homo miser afflictusq; sit*, tamen adhuc p̄r̄ ceteris  
hominibus *Christiano homini afflictio familiaris maximē*, &  
q̄yasi propria est: nam juxta effatum Paullinum 2. Tim. 3, 12,  
*Omnes qui volent pie vivere in Christo Iesu, persecutionem pati-  
entur*: Si qui verò in Christianis p̄r̄ ceteris cruce calamitati-  
busq; premuntur, profectō *Viduae* sunt. Qvodnā enim Bone Deo!  
illas non exerceat infortuniū, q̄ippe omne, q̄vōd creature, q̄vōd  
*homini*, q̄vōd *Christianō*, q̄vōd q̄; *Viduae* specialiter debetur, in eam  
unam sese velut exonerat; atq; uti *animalia* multum, *homi-  
nes* plus, *Christianī* plurimum, ita *Christianæ viduae* plus pluri-  
mo adversitatum atq; ærumnarum sustinent. Cumq; ve ta-  
lis, *Christianā* scil. *Vidua*, & Nostra hæc, cui nunc, CIVES  
OPTIMI, exeq; vias ire, sententia est, extiterit, non alia ipsius,  
atq; aliarum conditio esse potuit. Qvid enim illa malorum  
non perpessa est! imò quotiens sub imposito sibi graviore mo-  
lestiarum fasce reptavit potius, quam justis passibus incessit!  
Non tamen unquam, id q̄vōd Christianam p̄cipue de-  
cebat, in creperis rebus despōndit animum, q̄vin masculè  
potius adversis semper adversū eundo, purgatorium salu-  
tarem q̄ve crucis ignem patienter & cum gaudio pertulit. Re-  
cte enim Chrysostomus Sermone in Paralyticum, per teclum  
demissum: καταπερ χρονιάς οὐς χρευτέσσον ἐμβαλὼν χρυσίαν,  
μέχεται στόχτης θητέπει βασιλεῖδεων τῷ πνεύ, ἡως ἀν ίδη γενόμενον  
καθαρώπεον. οὕτω δὴ καὶ ὁ θεὸς μέχεται στόχτης τῷ αὐθεντικῷ ψυ-

χας

χαραφήσοντες τὸ διάνοιαν, ἐως τὸν γένενταν καθαρὰν καὶ διεῖδην,  
καὶ πολλὴν διὰ τῆς Βασιλείας πάντης τὴν ὀφέλειαν καρπωσύμενα.  
Quemadmodum, cum in conflatoriam formacem aurifex aurum in-  
jecerit, tamdiu illud examinari sinit, quousque purius viderit eva-  
sis-  
se: ita quog; Deus tamdiu hominum animas probari malis permit-  
tit, quousque pure fiant & splendide, multamq; ex illa exploratione  
utilitatem percepint. Sed ut non tantum de cruce patientiaq;,   
verum de natalibus VIDUÆ NOSTRÆ MATRONÆ, aliisque  
relatu necessariis, in praesens qvid moneamus; Illa ipsa Annus  
hujus seculi decim⁹, dieque Bartholomæo sacrâ, KilonI, ob  
mercimonia celebri tunc, nunc verò ob inibi non ita pridem  
erectam Academiam celeberrimo Holsatiæ opido, parenti-  
bus honestissimis in lucem edita est. Parens ipsi fuit Vir No-  
biliss. Excellentiss. atque Experientiss. Dn. MATTHÆUS  
BACMEISTERUS, Philos. & Med. D. celeberrimus, Lunebur-  
gensis civitatis Physicus Laudatiss., & Illustrissimi Principis  
AUGUSTI, Ducis Saxo - Lavvenb. Archiater qvondam Gravissi-  
m⁹; Mater verò, uti natalium splendore, ita virtutū decorē p̄-  
cipua Matrona, SOPHIA Kellermanns / Viri Nobilissimi  
Ampliss. Prudentissimiq;, Dn. JOHANNIS KELLERMANNI,  
COS. Rostoch. de Republ. optimè olim meriti F. Avum pater-  
num nacta est Virum Maximè Reverend. atq; Excellentiss. Dn.  
LUCAM BACMEISTERUM, SS. Theol. D. ejusdemque Prof.  
Pastorem & Superintend de Academiâ & Ecclesiâ Rostoch. per  
ipsos 46. annos p̄clarissimè meritum. Aviam verò pater-  
nam, Lectissimam omniq; laude cumulatissimā Feminam,  
JOHANNAM Bording⁹ / Viri Nobiliss. Excellentiss. ac Ex-  
perientiss. Dn. JACOBI BORDINGI, Philos. & Med. D. in A-  
cad Rostochiensi & Hafniensi Professoris qvondam Famigeratiss.  
& Illustrissimi Principis Meckl. Dn. HENRICI pariter, atq; Reg.  
Maj. Dan. CHRISTIANI III. Gloriosissimæ recordationis, Ar-

chiatri felicissimi F. *Proavum paternum agnovit Virum Specia-*  
*tiss. atque Integerr. Dn. JOHANNEM BACMEISTERUM, Ci-*  
*vem Luneburgensem Primarium. Proaviam paternam, AN-*  
*NAM Lubblings / Luneburgi ex honestiss. parentibus pro-*  
*satam, omnigenisqe virtutibus ornatiss. Feminam. Avum*  
*Maternum, uti jam ante innuimus, sortita est Virum Nobiliss.*  
*Ampliss. atque Prudentiss. Dn. JOHANNEM Kellermann/*  
*Reipubl.Rostoch. COS. qvondam Gravissimum; Aviam verò*  
*maternam, DOROTHEAM Jüngelings / Monetarii qvon-*  
*dam Ducalis, & in opido Hadebusch habitantis F. optimam.*  
*Hisce Parentibus Majoribusqe qvam laudatissimis pie functa*  
*Nostra cùm foret progenita, postmodū etiā, ceu in peccati origi-*  
*nalis sordibus concepta, mediante lavacro baptismali regenita,*  
*novaqve Civis, gratiæ seu N. T. fœderi, adscripta est. Ex qvo*  
*sane tempore à Chariss. ejus Parentibus nihil eorum, qvæ ad*  
*liberalem ipsius ceterorumqe liberorum educationem, & ad*  
*pieratis, Virtutumqe Oeconomicarum, castitatis etiam, atq;*  
*pudoris virginalis commendationem, à teneris ungviculis fa-*  
*cerent, fuit intermissum. Cùm autem inter ejusmodi Vir-*  
*tutum exercitia A.O.R. 1626. Parens Optimus, tuncq; e tem-*  
*poris 46. annos natus, obiisset, biennio pōst, Anno nimirum*  
*1628. Functa nostra jam duodeviginti annorum Virgo, singu-*  
*lari prorsus divinâ providentiâ Viro Pl. Rev. & Clar. Dn. M.*  
*CONRADO HUWEDELIO, ad S. Georg. hic Rostochii Pastori*  
*vigilantissimo, in matrimoniu locata est: Qvod ipsum, ut ut*  
*volente ita summo Numine diuturnum minimè, & 7. solūm*  
*annorum fuerit, brevitatem tamen suam constantissimō*  
*Conjugum amore, & sex liberorum procreatione abundē*  
*compensavit. Sed, ut variat fortuna vices, ita duo filii toti-*  
*demq; fili, simul nati ac renati sunt, mundo valedicen-*  
*tes, pro brevi gaudio tenacem luctum suis reliquerunt. Qui*

tamen

tamen in spem solatiumque, Matris in primis suae, (nam  
Pater jam Anno 1635. festinò pede ad astra se contulit) super-  
rabat filius, MATTHÆUS, is adhucdum per D. G. superstes,  
auxiliante Numine, jam per tria, & quod excurrit, lustra, V.D.  
fidelissimum Praeconem, & primò quidem in Tulendorfensi,  
nunc vero Petzchoviensi Ecclesia, agit, atque ex lectissimâ con-  
juge ANNA MARGARETA OTTOMANIA, 10. liberos  
numerat. Filia autem residua, vigesimâ sextâ post B. Paren-  
tis obitum septimanâ in lucem edita, adeoqve post huma,  
ANNA nomine, Viro Spectatiss. & Integerr. Johanni Krü-  
gern / Mercatori Boizenburgensi nupta, eundem 8. liberis  
parentem fecit, quorum tamen sex, duobus modò adhuc super-  
stibus, unâ cum matre suâ jam ante triennium è vivis evo-  
cati sunt. Hoc igitur, uti diximus, modò, Viduarum nume-  
rum adaugens Nostra, per aliquot annos turturis instar defun-  
ctum Comparem suum decenter luxit, donec is, qui in Tarta-  
ra detrusos reducere, mortique addictos in vitam revocare  
Omnipotens valet, malis his medicinam faceret. Anno enim  
1637. Vir plur. Rever. atque Clariss. Dn. M. JOACH. SCHRÖ-  
DERUS, Past. ad S. Georgii, dum viveret, Vigilantiss., opti-  
meque de Ecclesiâ meritus, Ipsam sibi tori sociam adsciscendo,  
perpessum prius damnum feliciter sarsit, secundumque hoc  
conjugium, tum propter diuturniorem XL. annorum moram,  
singularemque Conjugum concordiam, tum etiam numero-  
siorem prolem, singulare prorsus, vereque secundum extitit.  
**Prolem** autem quod attinet, 4. filios, & 5. filias divina bonitas  
Parentibus largita est, & quidem **Primogenitus filius** JOACHI-  
MUS, optimus Parentis sui in Officio Sacerdotali æmulus,  
Anno 1661. primùm Pastor Slemminensis in Pomerania electus,  
& postmodum ab Illustriss. Principe Meckl. DN. GUSTAVO  
**ADOLPHO**, Dn. nostro Clementissimo, Anno 1666, Pastor

Neos

Neokaldensis vocatus est, tandem vero, idque Anno 1671. idem  
Celsiss. Princeps ipsum, propter insignem in concionando  
gratiam, *Præpositum Dargunensis & Neokaldensis Circuli*, gra-  
tiosissime constituit, & in signum clementissimi affectus, quo-  
tiens *Dargunum* concessit, eò ipsum, ad concionem sibi in arce  
habendam, Neokaldiæ evocavit. Hic ex uxore suâ, feminâ lau-  
datissimâ, MARIA ELISAB. *Rahlein* / 4. filiis, JOACHIMO  
GEORGIO, GUSTAVO HERMANNO jam fatis functo,  
PHILIPPO CHRISTOPHORO, & GUSTAVO ADOLPHO:  
duabus item filiabus, SOPHIA nempe, & DOROTHEA MA-  
RIA suscepitis, iisdem matrem suam nepotum neptiumqe  
aviam constituit. *Primogenita* ex hoc conjugio *filia*, DORO-  
THEA, Viro Pl. Rev. & Clar. Dn. JOHANNI MOLLI, Past.  
Goldbergensi, & Ecclesiarum Præfecturæ Goldbergensis &  
Dobbertinensis Præposito, feliciter nupsit, exqe illâ B. Nostra  
2. neptes, CLARAM scil. EVAM, & ANNAM SOPHIAM, quæ  
tame jam excessit, unumque; nepote, Avo atque; Avunculo cogno-  
minem, JOACHIMUM, osculata est. *Secunda filia* ELISABETA,  
primum Musico Instrumentali, JOH. ERNESTO ARMERDIN-  
GIO copulata, cum marito suo in *Scaniam* habitatum conce-  
dit, ipsique 7. filios, JOACHIMUM, CONRADUM, JOHAN-  
NEM, CHRISTIANUM, ALBERTUM, ERNESTUM &  
MATTHÆUM, unamque filiam EVAM enixa est; verum  
mortuô virô reversa, exactisque in paternis ædibus viduitatis  
annis aliquot, alii, & quidem Civi & cerevisario Ribnizensi,  
MICHAELI KÖHNEN / matrimonii fidem dedit. *Filius se-  
cundus*, PETRUS, *Typegraphus Parchimensis*, cum optimâ Uxo-  
re, ANNA Schmalbachen / nostram unius, ejusque in  
partu extinti, nepotis, duarumque Neptium, EVÆ scil. & il-  
lustris, quæ in lucem sine lucis usurâ edita est, Aviam effecit.  
*Tertius filius*, CHRISTIANUS, in infantili ætate, *Tertia etiam*

filia

filia EVA, 17. annorum Virguncula, turbatō naturē  
ordine, ante Parentes, qvos seqvi spes erat, elati sunt.  
*Quarta filia*, SOPHIA, Viro Pl. Rev. atqve Clariss. Dn.  
M. JOHANNI MAURICIO POLZIO, Past. ad S. Georgii  
& S. Johannis vigilantiss. despota, 7. liberos suos,  
videl. JOHANNEM, jam mortuum, JOH. JOACHI-  
MUM, MATTHÆUM DIETERICUM, DOROTHEAM-  
CATHARINAM, SOPHIAM itidem extinctam,  
CATHARINAM & SOPH. ELISABETAM, atqve adeo 3.  
nepotes, & 4. neptes Matri, vel, si māvis, Aviæ adduxit.  
*Quartus filius*, JOHANNES, à Sereniss. Principe ac Domi-  
nā, Dn. SOPHIA AGNES, Principe nostra Clementissimā,  
A. C. 1674. ad Pastoratum Baumgartensem clementissimè vo-  
catus, & tam vita integrity, qvām doctrinæ puritate, in-  
qve officio fidelitate, Deo, Principi, Ecclesiæque suæ cha-  
rissimus, per biennium illud & sex menses illos, cyibus Ec-  
clesiastes vixit, cum dilectissimâ Conjuge, MARGARETA  
Varenhorsten / unum filium, JOH. GEORGIUM, paul-  
lò post parentem, & ipsum mortuum, uniamqve filiam,  
SOPH. AGNES adhuc viventem, lucratus est. Ultima se-  
cundi hujus conjugii filia, in utero matris extincta, no-  
men non habet. Atqve sic p̄d defuncta nostra XV. libe-  
torum Mater, & XLVII. nepotum neptiumqve Avia-  
per Dei clementem gratiam audivit, reqve ipsa benedi-  
ctioitem divinam, in Psalmo 128. Deum reverentibus pro-  
missam, summo cum prolixbio experta est. Ceterū, qvod  
vitam ipsius Christianissimè traductam attinet, vix opus  
verbis hic est, cūm rerum testimonia abunde ad sint. Qvis  
enī nescit, Ipsam Dei, verbique divini suis amantissi-  
mam? certe vita sanctitati, ad fidem suam demonstrandam,  
quantum in hac mortalitate licet, semper inebuit, cumqve

propter caussarium corpusculum publicè neqviret, domi  
sux privatimqve S. Domini Cœnâ sæpius refecta est. De  
ipsius in cruce patienti constantiâ, jam suprà qvid scripsi-  
mus, hæcque etiam à primis annis perqvam ipsi, varias pro-  
pter afflictiones, fuit necessaria. Nam præterqvam qvòd in  
tenellâ ætate ob affectas vires plerumqve decubuerit, pa-  
tientia ipsius eo ipso qvoqve exercebatur, qvòd primus ma-  
ritus infirmissimæ yaletudinis foret, & tempore maximi  
illius belli, qvo per 30. annos Germania miserrimè vexata  
est, plurimæ & ipsi miseriæ tolerandæ fuerint. Tunc enim  
in S. Georgii, ante bellum ruinam cultissimô Suburbio, habi-  
tabat: Sed, ecce, opinione celerius omnia omnisqve e-  
jus domus Cæsariano milite replebantur, ita, ut fugâ sibi  
consultura, inter intentatas hostium hastas Urbem cum  
marito suo peteret, & maritus, lictâ in cœmeterio S.  
Johann. uxore, cum eodem, seu summo vitæ periculo ad  
Ecclesiam suam confessum recurreret. Qvam autem ibi  
ferrô flammisqve miserè födabantur omnia! & ne qvid  
malis tunc deforet, tristissimi hi conjuges suis ipsi oculis  
elegantissimam suam pastoralem domum, nuditissimum  
Georgianum Templum, omnesqve prædicti suburbii do-  
mos crepitantibus flammis exuri, coram intuebantur, ita  
ut consternatio hæc marito, jam antea lapsantibus viribus  
afflictissimo, celerioris, ut facile etiam conjectu est, mor-  
tis, præsens causa fuerit. Quid postmodum, durante  
viduitate, & præprimis per XVI. illos annos, qvibus  
posterior maritus cum mörbo suo Chronico, exquisitissi-  
misqve capitis doloribus fuit colluctatus, vel curarum, vel  
laborum & molestiarum ipsam manserit, nemo facile lin-  
gvâ suâ, nedum calamô suò, expediverit. Ista autem omnia  
incredibili tolerantiâ, amore conjugali absinthium hoc

fac-

Saccharo suo ubertim incrustante, fortiter exauitavit. Accessit dein omnem fidem ferme superans in proprio corpus saepius numero percepta auxetas, quae oneris carcerique illam sibi ipsi, proh dolor! indesinenter statuebat, donec 14. si recte memini, ante beatum ipsius obitum diebus, vis morbi, dolorumque vehementia, vel mille Symptomatis, & nunc ardente febri, nunc tortore calculo, nunc Lipothymia, nunc Angina, nunc Pleuritide, succenturiantibus, illam, quae alias jam praeter cutem & ossa nihil erat, tundique impeterent. Sed & hanc ultimam sui oppugnationem Nostra constanti Christianoque planè pectori sustinuit. Cumque dilectissimi sui Confessionarii, Viri Pl. Rev. atque Clariss. Dn. M. LUDOVICI BARCLAJI, Archidiaconi Mariae, ex cuius manu ante octiduum sanctissimum illud Corporis & Sangvinis Dominici viaticum devotissime acceperat, præsentiam semel adhuc expeteret, cum illo, sine mora comparente, multis ex verbo divino collocuta est. Nec minus Charissimus ipsius Gener, Pl. Reverend. & Clariss. Dn. M. POLZIUS, in cuius ædibus post beatum ultimi mariti excessum maximam partem se continuit, in ipsa solaminibus ex Scriptura Sacra desumptis jugiter fulciendâ, oppidò quam fuit solicitus, pro quo etiam & pluribus aliis Socrui præstitis officiis, ipsa illum cum conjugé seu filia SOPHIA, præviâ gratiarum actione, largissimâ benedictione impertiit. Quid & unicum suum, eoque nomine dilectissimum Dominum Fratrem, Virum Nobilissimum Excellentiss. atque Experientiss. Dn. D. JOHANNEM BACMEISTERUM, Med. & Sup. Math. Prof. Publ. Fac. Med. Seniorem & p. t. Decanum, Dn. Collegam & Compatrem nostrum Honoratissimum saepulchre apud Germanam suam invisentem, non raro valedictoriis suis

mul.

multamque benedictionem exoptantibus sermonibus ita  
affecit, ut is, quax Viri pietas est, obortis lacrumis, abunde  
sleverit: cui sanè, & omnibus, Matronam hanc acerbè  
fientibus, Nos in hoc luctu Spiritum Consolatorem, mul-  
tamque multi gaudii materiam ex animo apprecamur. Sed  
quid de ipsius paullò ante mortem inter ipsa dolorum tor-  
menta percepto cœlesti gaudio dicemus? Quam intime  
quando inque Domino cœlestissima hæc anima lætata est!  
Omnes siquidem circumstantes ad laudem DEI exhortans,  
Psalmos Davidicos 96. & 103, ordine, quam longi sunt, sum-  
ma cum audientium admiratione recensuit. Cumque de-  
inceps omnes & singulos charissimos liberos præsentes sibi  
optaret, peculiaris tabellarius ad Pl. Rever. Dn. MATTHÆ-  
UM HUSWEDELIUM, Pastorem Petschoviensem, qui, cœu-  
rbi proximus, citò adesse poterat, ablegatus est, cui, ut  
venit, parili omnino, uti ceteris, modò, valedixit, ita ut  
tandem speque fideque plenissima, anno ætatis 70. die  
præterlapsi anni 1679 penultimò, horaque 10, matut. ani-  
mam suam in sinum Abrahæ deportandam, Jesu Servato-  
ri suo tradiderit. Cùm igitur tam piæ tamque Christia-  
na Civis nostræ funus hodie deducendum sit, Amplissima-  
que ejus familia Vestrum quoque, CIVES OPTIMI, hono-  
rificam præsentiam quam maximè desideret, iccirco agite,  
& frequententes, vestramque ipsorummet mortalitatem sedu-  
lo meditantes, illam ipsam haut gravatè comitamini.

P.P. Sub Sigillo RECTORATUS die  
20. Januar. A.O.R. cl. l*c* LXXX.

*Conventus fiet in templo Mariano ad horam primam.*

l*um*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rostdok/ppn746582862/phys\\_0017](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn746582862/phys_0017)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rostdok/ppn746582862/phys\\_0018](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn746582862/phys_0018)

DFG





Mi sacccharō suō ubertim incrustante  
cessit dein omnein fidem ferme si  
pusculo s̄epius numero percepta a  
ceriqvē illam sibi ipsi, proh dolor  
donec 14. si recte memini , ante  
diebus, vis morbi, dolorumqve vē  
ptomatibus, &, nunc ardente febri  
nunc Lipothymia, nunc Anginā ,  
centuriantibus, illam , qvæ aliās ja  
nil erat, tndiqvē impeterent. Se  
oppugnationem Nōstra constanti  
ctore sustinuit. Cumqve dilectis  
Viri Pl. Rev. atqve Clariss. Dn. M.  
Archidiaconi Marianni, ex cuius ma  
ctissimum illud Corporis & Sangvi  
devotissimè acceperat, præsentiam  
cum illo, sine mora comparente,  
collocuta est. Nec minus Charissi  
Reverend. & Clariss. Dn. M. POL  
post beatum ultimi mariti excessur  
continuit, in ipsā solaminibus ex S  
ptis jugiter fulciendā, oppidò qvām  
etiam & pluribus aliis Socrui præ  
cum conjugē seu filia SOPHIA, pr  
largissimā benedictione impertiit.  
eoqve nomine dilectissimum Dom  
Nobilissimum Excellentiss. atqve Ex  
HANNEM BACMEISTERUM, Med  
Publ. Fac. Med. Seniorem & p. t. Dec  
& Compatrem nostrum Honoratis  
Germanam suam invicentem, non



antlavit. Ac  
proprio cor  
æ oneri car  
er statuebat,  
ius obitum  
el mille Sym  
ore calculō,  
aritide, suc  
tem & ossa  
ultimam sui  
re planè pe  
nificationarii,  
BARCLAJI,  
iduum san  
ci viaticum  
expeteret,  
rbo divino  
Gener , Pl.  
ijus ædibus  
partem se  
cra desum  
rs, pro qvo  
ipsa illum  
im actione,  
cum suum  
em, Virum  
Dn.D. JO  
Math. Prof.  
Collegam  
culè apud  
storiis suis

mul.